

## QUI ETAIT LIBANIUS GALLUS, LE MAÎTRE DE JEAN TRITHÈME?

Encore que Silbernagel, dans sa monographie sur Jean Trithème<sup>1</sup> cite le maître de ce dernier, Libanius comme «le célèbre médecin français», il n'en parle guère que d'après l'*Apologia in Nepiacho*,<sup>2</sup> qui dit: «Eo tempore 1495 quo Maximilianus Rex Romanorum magnum illum, diuturnumque conventum principum suorum coadunavit in Vormacia venit ad me in Spanheim ex Francia nomine meo excitatus, ut dicebat, Libanius Gallus, vir in omni doctrina celebris institutionis et non minus fide christiana morumque sanctitate, quam eruditione venerabilis. Hic aliquandiu cum Pelagio illo monacho, et Heremita in insula Maiorica conservatus omnium librorum eius, mortuo illo, factus est haeres, et multa ab eo didicit arcana in philosophia, in fide christiana, de natura spirituum bonorum et malorum, et de naturae mysteriis, et alia multa, quae non sunt passim vulgaria in scholis hominum istius tempestatis. Iste, inquam, Libanius vir certe undecumque doctissimus, cernens mei dispositionem animi, et indefessum studiorum affectum congaudens dicebat mihi: «Trithemium quae sivi et inveni, quem Minerva suo est dignare cognomine insigniri, dignumque facere, quem nihil debeat eorum latere, quae nos cum labore magno primum a Pelagio ac deinde a Joanne Pico Mirandulano Comite, aliisque multis per annos triginta capere potuimus».

Si Libanius n'est pas le seul Français, oublié par l'histoire, que l'on rencontre en relations avec Trithème,<sup>3</sup> ce curieux personnage

<sup>1</sup> E. SILBERNAGEL, *J. Trithemius*, Landshut, 1868, p. 100.

<sup>2</sup> ECCARD, *Corpus hist. med. aev.*, II, n. XIII. A cette date Trithème (1462-1516) a 33 ans. Si on fait commencer à 20 ans les études de Libanius, ce dernier serait né en 1445.

<sup>3</sup> Les *Epistolarum familiarum libri duo*, Haguenau, 1536 comportent plusieurs lettres à «Joannes Capellerius mathematicus Parisiensis», rencontré à Cologne, en

qui recueillit l'héritage de l'ermite Pélage à Majorque, et étudia, s'il ne le connut, Jean Pic de la Mirandole,<sup>4</sup> mérite une particulière attention, puisque la correspondance publiée ce Trithème le situe à Saint-Quentin en 1505, et en relations avec Charles de Bovelles.

Ayant reçu le 14 juillet à Cologne une lettre expédiée de Saint-Quentin le 6 juin 1505/6, Trithème répond de Spire (Neometi),<sup>5</sup> le 20 août par une lettre qu'il fait porter par un médecin, du nom de Narciscus, à Paris au domicile de Charles de Bovelles «théologien originaire de Saint Quentin».<sup>6</sup> Il écrit d'ailleurs à la même date une lettre à Bovelles, où il lui rappelle la promesse faite lors de son séjour à Sponheim de lui envoyer des «questions» sur l'Ecriture sainte, en le félicitant de son *De intellectu*.<sup>7</sup>

Cette lettre, intéressante pour la conception de l'exégèse que se faisait Trithème, éclaire aussi la question fameuse des rapports entre Trithème et Bovelles. Renaudet, pour en parler, s'est sans doute un peu trop fié à la seule lettre écrite par Bovelles à Germain de Canay, le 8 mars 1509 n. st. Le Français qui fut choqué par certaine atmosphère prophétique, le fut plus encore par la lecture de la *Steganographia* encore manuscrite.<sup>8</sup> Le jugement de Bovelles eut d'ailleurs

1505. Silbernagel l'appelle Jean Chapelier (ce pourrait être Le Chapelier). Les bibliographies sont malettes à son sujet (de Moreri au *Dictionnaire de biographie française*).

Dans l'édition de *Dioscoride* par Amatus Lusitanus, Lyon, 1556 p. 741 on rencontre un autre mathématicien français, oublié des bibliographes «...Antverpiae mihi monstravit Christiernus Morciensis, singularis doctrinae vir, et qui Parisiis publice Mathesin profitebatur: quem nos, quum Antverpiam veniret, ut inde in Daniam navigaret, per quatuor menses remorati sumus a quo multa et praeclara didicimus una cum Iodoco Valareo viro Antverpiani ensi trium linguarum peritissimo...».

Dans une lettre de 1507, op. cit., p. 270 il est question d'un autre voyageur intéressant Nicolaus de pulchro monte... doctus et multarum linguarum peritus: in multis quoque expertus et rebus et gentium ritibus diversarum. Bina vice Hierosolymis fuit, in Turcia diutius conversatus est, Venetiis quoque, Neapoli, Bononiae, Parisiis, Oxoniae, Salaminae in Hispania, et aliis multis locis amore sapientiae scripturam peregrinus...».

<sup>4</sup> Pic de la Mirandole meurt en 1494.

<sup>5</sup> Si du moins c'est un équivalent d'Augusta Nemetum ou Noviomagus.

<sup>6</sup> Bovelles est en effet de Saint-Quentin, et non de Saucourt, comme le dit encore le Diction. de biog. franç.; cf. P. H. MICHEL, *Un humaniste picard*, in «Rev. des Ét. Ital.» I, 1936, pp. 176-187.

<sup>7</sup> Le *Liber de intellectu* fut publié avec d'autres traités en 1510/1.

<sup>8</sup> *Préréforme et Humanisme...* ed. 1953, p. 63 sq.

le plus grand retentissement.<sup>9</sup> Si l'on écoute Trithème, le séjour de 14 jours que Bovelles fit à Sponheim se serait passé autrement. En effet, outre la lettre de 1505, qui témoigne d'un parfait accord sur des questions qui ne regardent en rien les sciences occultes, la préface de la *Polygraphia*, dédiée en 1508, à Maximilien I, dénonce la duplicité de Bovelles: «Vidit Bovillus et obiter legit mente aliunde occupatus, se adinventum mirari dixit, laudavit, nec quo intelligere modo curavit. Unde cum non peteret intelligentiae clavem, nihil eorum quae continebantur ipsa lucubratione nostra, nihil eorum meruit audire vel percipere. Reversus post haec in Calliam, malum nobis pro bono reddit, et christianaæ foedus amicitia turpiter violavit. Interrogatus enim per Dominum Germanum de Canay, communem amicum, postea episcopum Aurelianensem, quid apud me reperisset, vidissetque in Spanheim falsa pro veris, mendacia pro beneficiis rescripsit, damnans et temerarie judicans quae comprehendere intellectu minime valebat».<sup>10</sup>

<sup>9</sup> Cf. J. WIER, *Histoires, disputes et discours des illusions et impostures des diables*, ed. 1885, I, p. 195, qui prend parti pour Bouuelles contre la préface de la polygraphie. JACQUES GOHORRY, *Livre de la Fontaine périlleuse*, 1572 est contre Boville. G. NAUDÉ, *Apologie pour les grands hommes accusés de magie*.

<sup>10</sup> Reproduit in C. SCHOTT, *Schola steganographica*, 1665, p. 218.

Le travail de Schott résume les nombreuses explications antérieures et examine les accusations de magie, et les rapports avec Agrippa.

Relevons à ce propos dans la correspondance de Trithème ce passage savoureux d'une lettre du 20 août 1507 à Ioannes Virdungus, mathématicien de Hasfurt «Homo ille de quo mihi scripsisti Georgius Sabellius, qui se principem necromanticorum ausus est nominare, gyrovagus, battologus, et circuncellio est, dignus qui verberibus castigetur, ne temere deinceps tam nefanda et ecclesiae sanctae contraria publice audeat profiteri... Sic enim titulum sibi convenientem formavit: Magister G. Sabellius, Faustus iunior, Fons necromanticorum, Astrologus, Magus, Chiromanticus, Agromanticus, Pyromanticus, in hydra arte secundus. Vide stultam hominis temeritatem... Cum anno priore de Marchia Brandenburgensi redirem, hunc ipsum hominem apud Geilenhusen oppidum inveni, de quo mihi plura dicebantur in hospitio frivola, non sine magna eius temeritate ab eo promissa. Qui mox ut me adesse audivit, fugit de hospitio, et a nullo poterat persuaderi, quod se meis praesentaret aspectibus... Referebant mihi quidam in oppido sacerdotes quod in multorum praesentia dixerit, tanta se omnis sapientiae consecutum scientiam atque memoriam ut volumina Platonis et Aristotelis omnia cum tota erit eorum philosophia in toto perisset ab hominum memoria, ipse suo ingenio velut Ezdras alter Hebreus restituere universa... Postea me Neometi existente Heribolim venit, eademque vanitate actus in plurimorum fertur dixisse praesentia, quod Christi Salvatoris miracula non sint miranda, se quoque omnia facere posse quae Christus fecit quoties et quandocumque velit. In ultima quoque hu-

Cette incompréhension de Bovelles provenait sans doute d'une antipathie, née à la lecture de la fameuse lettre au carme Arnoldus Bosius, mort quand elle arriva et que le prieur publia. Dans sa *Chronique de Sponheim*, à la date de 1499, Trithème en témoigne: «quasi pro miraculo ubique divulgavit quo brevi temporis spatio per totam Galliam et Alemanniam, coram multis principibus et doctissimis viris fuit publicata, rescripta. Hac novitate commoti plerique viri doctissimi ex ultimis Galliae finibus videre et alloqui Trithemium huc venerunt».

Cette lettre était évidemment extraordinaire: «Si quaeris unde mihi ista, quae nemo aliud novit? Audi non ab homine, neque per hominem ista didici, sed per revelationem nescio cujus. Cum enim praesenti anno (1499) quadam vice cogitarem, quid novi possem invenire quod omnes lateret, coepi cogitare si ea possem excogitare quae dixi miranda. Cum post longam phantasiam tanquam de re impossibili penitus desperarem, dormitum ea me nocte reposui, fatuitatem meam ipse mecum deridens quae impossibilia quaerere tentaverim. Eadem nocte mihi adstitit quidam dicens: non sunt vana, o Tritemi, quae cogitasti quanquam tibi sint impossibilia, quae nec tu nec aliud tecum poterit invenire. Dixique ad eum Si ergo possibilia sunt, dic obsecro, quomodo fiat. Et aperiens os suum de singulis per ordinem me docuit, ostendens quomodo fieri, quae multis diebus frustra cogitaveram, de facili possent. Ecce coram Deo, quia non mentior, sed veritatem dico».<sup>11</sup>

La correspondance, qui nous montre les rapports d'autre part entre Bovelles et le mystérieux Libanus, pourrait, si on découvrait quelque chose sur ce personnage, éclairer à son tour les raisons du voyage que Bovelles fit en Espagne en 1506.<sup>12</sup> En effet ce Libanius,

---

jus anni quadragesima venit Stauronesum, et simili stultitiae glriosus de se pollicebatur ingentia, dicens se in Alchimia omnium qui fuerint unquam esse perfectissimum, et scire atque posse quicquid homines optaverint. Vacabat interea munus docendi scholasticum in oppido memorato, ad quod Francisci ab Sickinge Balivi principis tui, hominis mysticarum rerum percupidi promotione fuit assumptus, qui mox nefandissimo formationis genere cum pueris vielebet voluntari coepit, quo statim deducto in lucem fuga poenam declinavit paratam».

<sup>11</sup> SCHOTT, *op. cit.*

<sup>12</sup> M. BATAILLON, *Erasme et l'Espagne*, ed. esp. 1959, p. 63 sq.; T. ET J. CARRERAS Y ARTAU, *Historia de la filosofía española*, Madrid, 1943, II, p. 202 sq.

Ces auteurs ont noté l'intérêt porté par Trithème aux œuvres de Raymond de

qui avait hérité de l'ermite Pélage à Majorque, retourna en Espagne, comme le montre une lettre de Trithème datée de Wurzbourg du 5 octobre 1507. Trithème n'a malheureusement pas donné cette lettre que Libanius avait confiée à un marchand qui rentrait d'Espagne à Francfort, le 24 juin 1507. «Elle eût été incompréhensible à qui n'avait pas suivi les leçons de Libanius». Peut-être une recherche retrouvera-t-elle les livres de l'ermite Pélage «pleins d'une doctrine céleste» dont reparle cette lettre, ou ces précieux opuscules que Trithème projetait de publier quand le 25 novembre 1506 il écrivait à Joachim de Brandebourg, son élève, que, sans nouvelle de son maître Libanius, il craignait qu'il ne fût mort: «Mortem Libanii praeceptoris mei dulcissimi graviter ferrem, certo si scirem esse defunatum. Spero enim per Dei misericordiam eum adhuc esse viventem, et sicuti mihi priore anno pollicitus fuit, ad me in brevi esse venturum. Misi ad eum mense Augusto literas et tuae Serenitatis et meas, quas an receperit adhuc sum incertus. Operam pro viribus dabo, ut sciām veritatem, et si quidem mortuus est, quod Deus omnipotens avertat, curabo ne penitus a nobis videatur ablatus. Reliquit enim preciosa valde opuscula suo ingenio luculento composita, quorum ad nos quanto poterimus plura contrahere, tanto minus a nobis videbitur decessisse».<sup>13</sup>

Trithème fit encore acheminer sa lettre de 1507/8 par un inconnu chargé de la remettre à Bovelles. Qu'advint-il de la lettre? Tout ce que nous savons c'est qu'en mai 1514, Nicolas de Pax «Maiorense», qui avant d'enseigner le Lullisme à Alcalá s'était distingué à Majorque, envoya à Bovelles des *Qaaestiones*, qui furent publiées avec leurs réponses en 1521.<sup>14</sup>

Sans doute ce mystérieux Libanius n'est-il qu'un des nombreux fils tissés dans le développement du Lullisme,<sup>15</sup> entre l'Espagne et les

Sebonde, ib. II, p. 103, 107, 158, et après Renaudet celui de Bovelles, qui envoya le *Liber creaturarum* à Jean Cocon, chanoine de Saint Quentin.

Trithème n'est pas traité à propos de l'influence de l'art de Lulle dans cet ouvrage. Il ne semble pourtant pas avoir joué un petit rôle dans l'œuvre de Trithème, qui dans sa lettre du 17 août 1507 à Joannes Capellerius rappelle comment il a appris le latin à son élève, le Marquis de Brandebourg «Tradidi praecepta et regulas quibus sine magno labore in latina lingua doctior evasis». Et J. COHORRY, *De usu et mysteriis notarum liber...* Paris, 1550 rapproche Agricola, Lefèvre d'Etaples, Giulio Camillo.

<sup>13</sup> *Epistolarum...* p. 211.

<sup>14</sup> Cf. CARRERAS, *op. cit.*, II, p. 208 sq., et p. 253 sq.

<sup>15</sup> Dans la *Chronique* de Sponheim, an. 1499, cit. in SCHÖRER, *op. cit.*, p. 218.

«Inter eos vero qui hisce de rebus (la Steganographia) Trithemium per literas

pays du Nord, encore ne peut-il être négligé. Et en attendant que se poursuive la recherche, nous reproduirons les passages les plus importants de cette correspondance.

F. SECRET  
Paris

\* \* \*

La première lettre de Libanius Gallus à Trithème est datée de Saint Quentin «6 die mensis Iunii anno MDV».<sup>16</sup>

«Nulla mihi requies mentis, o pater Tritem, donec evincamus hanc horam, non dixerim malorum, sed exercitationis. Ad laborem sumus nati, laboremus, agendo simul et patiendo, quoniam sic penitus oportet expeditique nobis. Non metuas hanc hominum adversum te invidiam, dabit enim rebus tuis sortem in brevi meliorem. Eius amore patienter tolera, qui pro te mortuus est in cruce, ne contristerris, sed tacitus mente tranquilla sequere Dei consilium, quoniam aliorum vocaris. Custodi propositum tuum, neque divitias cures, neque vanissimos mundi honores. Finem cogita quo tendimus, principium ama unde sumus. Tritemum te precor agnoscas ter mentis acie magnum, christianus imitando Christum, monachus confemndo mundum, et philosophus non admittendo perturbationem, cum sis ter magnus, et in Christi amore beatus tandem evades. Saturnum aliquantum quoniam tibi non satis propere movetur, quod et praedixeram cum praesens tecum in tuo essem coenobio, declinandum scias. Marte quidem et Mercurio in brevi, credē mihi, cum bona quamvis humili conditione relevaberis. Neque enim Deus te derelinquet, o Tritem, neque Libanius. Audi consilium eius quem contempnere non licet. Da locum invidiae, meliora tibi parantur. Post quindecim Lunas vocantem sequere nec prius. Vade nunc vocante philocrypho magno coelo patefacto reversurus, tum aut me aut nuncium meum Neometi videbis. Libros autem tuos archanorum testes cave Saturnus aspiciat.

---

convenerunt, Ulascus Lusitanus, vir certe doctissimus tanta subtilitate, tanta eruditio-  
ne tantaque varietate argumentorum litteris cum Trithemio egit ut nemo in proponen-  
dis quaestionibus talium rerum perspicacior unquam fuerit a Trithemio compertus».

Pour les rapports Espagne-Europe, cf. CARRERAS, *op. cit.*

<sup>16</sup> *Epistol.*, p. 97. C'est l'époque où Trithème, mal obéi de ses moines, quitte Sponheim pour Saint Jacques de Wurzbourg.

Itineri esto paratus, et nihil obliviscaris eorum, quae ad nostra conducunt. Silentio anacrisim serva, nec ante tempus emitte columbam. Caput erige sursum neque deflectito. Poenos linque mendaces, ut intelligent sero quid bonum. Cave, o Tritemi, ne solis radios cavernis inducas, quoniam perniciosi dracones. Aerem sublimiorem non nisi semel abscondas in terram. Bobus et capris non porrugas tuum panem, nec spiritum per ianuas minores emittas. Unus esto tecum, et cave ne solus. Multitudinem fugito omnem, quia unum est omnia, et sine uno est nihil. Manu caecum ne ducas, sed baculo tantum. Aquam vino non misceas, nec sit in mensa tua panis duplex. Aves in sole non nutrias sed in umbra, et canibus non ostendas penitus vitrum aut speculum, quia periculosum est. Umbram ne verberes, quoniam iniuria est solis. Formicis utere, si avium captu forsitan delectaris. Lucem in aqua divide, ne congelata stridescat. Animaequior esto nec deficias, o Tritemi, quoniam si alius nemo tui curam habere voluerit, certe Libanius habebit. Sunt nobis amici Reges et potentes, qui te nomine tantum scientes libentissime fovebunt. Nihil permittit omnipotens sine causa, nec desperandum est de summae bonitatis clementia. Scio quod timeas Deum, et mentis acumine sublimatus nec prospera mundi curas, nec formidas adversa. Unde talem te nactus discipulum, omnia quae mea sunt tibi libenter communicavi. Tu tantum in Christo manens fidelis, in uno solo, quod licite potes, Pythagoricus esto. Vale plus quam alter ego in eo qui solus est semper».

Trithème reçut la lettre le 14 juillet à Cologne. Il y répondit le 20 août de Spire.<sup>17</sup>

«Litteras tuas dulcissimas, praeceptorum optime, decima quarta die mensis iulii apud Coloniam Agrippinam, ubi conventus celebratur Alemaniae principum, Rege nostro praesente, accepi, legi et intellexi. Sequare consilium quod dedisti, tametsi gravissimum futurum sit murmur inter nos, quorum in me lingua bacchabitur. Melantius totum cum suis in nos malum suscitavit, quem non dubitamus casurum in foveam quam paravit. Paria nobis consuluit tuis noster Astrophilus dictis, nec in uno quidem deflexit sententiam. Vocavit me princeps Marchio Coloniam, et obtinuit ut cum eo vadam, ad tempus mansurus in Marchia. Tua custodiam non modo praecepta, sed et consilia pro viribus ipsa. Bobus et capris foenum substraxi, et magnum mihi cum

<sup>17</sup> *Ibid.*, p. 99 sq.

simis bellum, sed hactenus victor evasi. Magno tui desyderii fervet Ioachim Brandenburgensium Marchio, princeps aeterna memoria dignus, iuvenis annorum unius et vigniti, peritus lingua latina, et studiosissimus verae sapientiae amator. O si unquam fieri posset, ut te coram videre et alloqui mereretur. Humanissimus est princeps, et qui discere non solum non erubescit, sed et maxime cupit. Velle ad eum scriberes quam primum, a nobis argumentum sumens, mitteresque aliquid ex officina Pelagii. Ita velim agas, quateus uter nostrum exierit prior, qui remansit alterius sui haeres esto. Consolationibus tuis fortior mens facta est, tibique vicem reclinat libens quam debet. Ora mecum, precor ad Deum, ut quod volumus, maximeque velle debemus, nobis ille concedat. Scribo sapienti et Deo dilecto sacerdoti, qui nos iuvare potest precibus et votis, ut mens reformatur inversa, sit unum in amore et cognitione unius summi Boni, Patris, et Filii et Spiritus sancti. gratiam assecuta principii, a quo multitudine labitur, unitate ad ipsum reformatur. Utinam, o praceptorum omnium post Deum fidelissime, vel nunc tandem fieri posset quod optavimus saepe, quo nobis veros et sanctos liceret imitari sapientes, qui per abstractionem sibi veraciter unitum cum ardentissimo amoris desyderio in Deum salutis tramitem tenuerunt. Nihil de me dubites amantissime praceptor, faciam pro viribus quod Christi decet amatorem atque discipulum, feramque mente tranquilla, quae nobis ferenda proposuit. Quidni ferrem patienter, qui et Christianus sum et monachus, magnae non ignarus mercedis. Tu pro me ora ac vale. Haec scripsi ex civitate Neometensi vicesima die mensis Augusti et per Narciscum medicum Parisios in domum Caroli Bovilli de sancto Quintino oriundi theologi, quem nosti, amici nostri, tibi praesentanda ordinavi, nec dubito quin fideliter ad te perferentur. Iterum vale. Anno Christi MDV».

Du même lieu, et à la même date Trithème écrivait à Charles de Bovelles «Carolo Bovillo de S. Quintino theologo Parisiensi».<sup>18</sup>

«Subiratus sum, Carole Boville, harum latori Narcisco, quod nos te inscio Parisios exivit, quia tuas volebam habere literas. Te tamen bene valere nunciavit, a quo statum rerum nostrarum, et quid super his mente geramus, auditurus es. Memorem te facimus promissionis tuae nobis anno factae priore, cum in nostro nobiscum esses coenobio Spanhemensi per dies 14 ut quaestiones illas sacrae Scripturae pro-

<sup>18</sup> *Ibid.*, p. 101 sq.

fundissimas, quarum capita dudum in Spanheim consignavimus, quam primum absolvias, nobisque ut pollicitus es transmittas. Erunt enim perpetuum apud nos memoriale nominis tui, et mutuae testimonium dilectionis. Valde nos delectant omnia quae in sacris literis explicaveris, quum veterum more doctorum solidus es, et veritatis enucleator lucidus, neque verborum multiplicatione superfluuus, neque deficientia in his quae fuerint necessaria recisus. Ea quae de intellectu scripsisti et mihi complacuerunt et multis Continent enim veram christianorum theologiam, puram et absolutam, quae menti cognitionem et affectui confert summi boni desiderium, consistens in se pura, integra et candida, sine cicatricibus exterarum traditionum. Nunquam mihi placuit quorundam curiositas, qui humana commiscent divinis, et sacram Scripturam, quae et pura et sibi sufficiens est et nobis, gentilium loquacitate commaculant. Contra quos Beatus Hieronymus in epistola loquitur ad Damasum Papam de scripturis disputantem non decet Aristotelis argumenta cinquirere, nec ex flumine Tullianae Floquentiae ducendus est rivulus, nec aures Quintiliiani flosculis et scholari declamatione mulcendae, sed pedestris et quotidiana similitudinis et nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quae rem explicet, sensum edisserat, et obscura manifestet. Scriptura enim Dei manifesta est, testimonium Dei lucidum est, sapientiam praestans parvulis. Non egent literae divinae plicis, non involueris, non replicis, quia haec non sapientiam praestant parvulis, sed eorum animos in confuso relinquunt, et per omnem viram mentes hominum aberrare compellunt. Non qui plicant, non qui replicant, sed qui explicant et elucidant me (*sacra Scriptura inquit*) vitam aeternam habebunt. Vale. Ex Neometi vicesima secunda die mensis Augusti Anno Christianorum MDV».

A la fin du mois de septembre 1507, Trithème reçut la lettre que Libanius avait confiée à un marchand, qui regagnait Francfort. La lettre était datée d'Espagne, du 24 juin 1507.<sup>19</sup>

«Nescio Libani quid mali nobis iutulerit fortuna, quidve inviderit boni, ut cum natura simul et gratia nos mente et spiritu fecerit unanimis, illa tanto locorum intervallo voluerit ab invicem corporibus esse distantes. Unde fit quod uterque vehementer dolemus, neque verbis quidem, neque literis mutuis, nisi post menses et annos

<sup>19</sup> *Ibid.*, p. 340.

plaerumque plures, nos posse consolari, et interdum ne hoc ipsum quidem, propter rarum qui literas perferant nostras referantque occursum. Accepi nuper in fine mensis Septembris literas quas ad me cuidam mercatori Francfordiam petituro in Hispania vicesima quarta die mensis Iunii ut apparuit tradidisti, ornatas simul et multis philosophiae nostrae mysteriis plenas, in quarum lectione saepius et iterum repetita, usque adeo miratus et laetatus sum, ut pene mihi viderer extra me factus, nec esse in Francia mecum, sed in Hispania, vel in Maiorica tecum. Magnis mirandisque in philosophia scatent archanis, quae meo iudicio nullius capiet mortalis intellectus, qui tuo prius non fuerit magisterio imbutus. Cellam te brevi proponis intrare magistri, quem imitari moribus sanctis tempore parvo in terris, te perpetuo nunquam pudebit in coelis. Sed interea praeceptaor discipulum cui imbuendum commendas, si pro Christi amore tu eremus, ille inhabitat mundum? O Libani animae dimidium meae, me precantem si possibile fuerit exaudi, ut prius quam tuum hac in re nimis ardua exequaris propositum, fidelem imo fidelissimum tibi accedas Melanium, cui sapientissimus archicomes iugiter adest Theophilus, qui forsitan sua prudentia Pelagium tibi novum ex matheto suscitabit. Maioricam siccine Libani abibis confusioni exponens Triandricum, moerori quoque Megalopium, quorum alter promisit, alter iam diu anhelus praestolatur adventum. Quid velim intelligis, fac ut amorem in nos tuum fortissimum etiam nunc ex periamur valentiorem. Libros divi Pelagii coelestis doctrinae, quos Melanio internunciante postulavimus a te, iam nos confitemur adeptos, pro quibus et tibi gratiam agimus, et iuxta palecitur fideliter remittemus.

Mearum cupide rerum Libani, vivo hic tanto liberior mihi, quanto mundi pauperior rebus, ternarium pro viribus ad unitatem reducens, mentemque restituens sibi, quo purior intellectus ad metas evadat principii iure propositas. Est mihi contentio interdiu cum Melantianis, qui binarii partem subvertere conantur, aliquantoque tempore non iure sed violentia quadam septimam sub aequinoctiali portionem agelli possederunt. Noster ille pigmentarius suo more in orbe rotatur, parum stabilis loco, qui quoties ad nos revertitur, novos semper auribus ingerit ventos. Mare Deo Optimo Maximo largiente tranquillum agnoscito, quandiu placuerit illi qui omnia dedit, quo nobis feliciter navigandum, hoc solum triste habentibus, quod tempestate transacta incommodorum meminisse pudet. Archicomitem Melanii preceptorem vigilantissimum, si quo tempore vicinorem tibi intellexeris, non

praetereas velim, utpote amantissimum tui, et qui communis in Christo sit multorum amicus, crebroque benefecerit nobis.

Dedi has ad te preferendas literas meas cuidam mihi ignoto, qui se in Galliam testabatur iturum, cum mandatis, quatenus Carolo Bovillo theologorum principi eas apud Parisios philosophanti consignaret, per quem ad tuas tuto pervenirent manus. Tu mihi rescribere cum decreveris per ipsum Bovillum, si aliter nequi veris, mihi et notum et amicum, literas tuas ad me ordina preferendas. Vale nostri memor ad Deum. Ex Aerbi poli 5 Octob. Anno Christianorum 1507<sup>o</sup>.